

1657.

1. Bosius, Jo. Andreas: De pontificatu maximo Imperatorum Romanorum.
2. Richter, Christophorus Philippus: De dotatitio.
3. Schroeterus, Emeritus Fidericus: De juris emphyteutici, soli et superficiem alienatione.
4. Schroeterus, Emeritus Fidericus: De hereditibus.
5. Schubartus, Andreas Christophorus: De republica eiusque divisionibus.
6. Schubartus, Andreas Christophorus: De societate parterna et dominica.
7. Schubartus, Andreas Christophorus: De societate conjugali.
8. Stauchius, Johannes: De Publiciana in rem actione.
9. Stauchius, Johannes: De defensione necessaria.

1656.

10. Struovius, Georgius Adamus: De feudorum origine,
jurisque feudalis compositione et authoritate

11. Struve, Georg Adamus: De probationibus.

12^{a, b, c}. Struve, Georg Adamus: De jure sylvarum 3 Bunde
= 1656, 1735; 1744.

13. Wexius, Johannes Christophorus: De jure occupatio-
num.



16.

16. d

8

11. j

12^a, 6

13.



1788.
DISCURSUS JURIDICUS

De

HEREDIBUS,

Quem

COELESTI ANNUENTE CLEMENTIA,
ILLUSTRISSIMO CELSISSIMO QUE PRINCIPE AC DOMINO
DN BERNHARDO SENIO-
RE, Duce Saxoniae, Juliae, Cliviae ac

Montium, Landgravio Thuringiae, Marchio-
ne Misniae, Comite in Marcâ & Ravenspurk,
Dynastâ in Ravenstein &c.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

Auctoritate atq; ad sensu

Magnifici Nobilissimi ICTORUM in Illustri Aca-
demiâ Jenensi. Ordinis,

PRÆSIDE

V I R O

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO,
DN. ERNESTO FRIDERICO

SCHRÖTERO J. U. D. P. P. celeberrimo,

Consiliario Saxonico, Curiae Prov. Facultatis Juri-
dicæ & Scabinatus Adfessore Gravissimo, Præceptore
suo multis Nominibus ætatem devenerando,

publicè & placidè ventilandum

proponit

MARCUS FAUTOR SEMPRONIO - PANNONIUS

Aut. & Resp.

In Auditorio ICTORUM Horis consuetis.

XVII Kalend. JANUARI.

fLor I De Leg V M sa Lane

EXSCRIPSIT CHRISTOPHORUS KÜCHENIUS

Q.
4

1656, 4






JOVA - JUV ANTE!
ANTEPAGMENTUM.

N Il mihi jucundius unquam visum est, quam vitam in
Illustri hac Eruditionis sede degere, inq; variarum hoc Dis-
ciplinarum domicilio deambulare: Cottidie enim videre
licet, hos in asperissima Logices vepraeta ruere, perplexosve syllo-
gismorum Labyrinthos exire; Illos virtutes sectari, primas rerum cor-
porumq; origines inquirere, transcendere sublimia, Historiarum
monumenta perscrutari, inq; secreta Politices molimina penetrare;
percurrere Scriptura penetralia, harere in foro, lites sequi, in tri-
bunalibus volitare, abdita pharmaca periculosam investigare experi-
entiam, & intimas morborum latebras indagare. Quibus visis, exem-
ploque admonitus, ipse quoq; in scenam prodire, imbellesq; Studiorum
meorum conatus ostendere volui. Exercitium v. presens adgredien-
ti mihi in frontispicio statim diffidentia quedam de materia elabora-
tione, (qua juvenes vexare plerumq; Teste Justiniano in §. 2. J. de J.
& J. solet) sese opposuit: Quam tamen Illustris nostra Salana Profes-
sorum humanitas, Doctrinae gravitas, oris eloquentia, & quod fami-
liam ducit, docendi informandiq; fidelitas vicit, ita, ut, quamvis pri-
moribus saltem (quod ajunt) labris Leges Romanas delibarem, tamen
in arenam disputandi descendere, viresq; ingenii & judicium tentare fir-
miter decreverim. Diu autem multumq; me tenuit deliberatio, qua-
nam laurus novum hoc aedificium exornaret, quamve materiam eli-
gerem; animo perpendens, quod quotidiana usumq; in vita commu-
ni frequentem habentia sepius, monente Paulo in L. 25. ff. de liberat.
legat. attingenda sint. Tandem in illam de HEREDIBUS, cujus utilita-
tem multis in praesentiarum asserre, opera precium non putavi, cum
vino vendibili suspensam hederam opus non siet, L. I. de restitut. in inte-
gru. inciadi; levi calamo pro chartae hujus angustiam adumbraturus, quic-
quid penicillo vivisq; coloribus exprimere ingenium mei tenuitas deneger.

Et cum bene, iug, competenter singula gerantur, si principium fiat decens
& amabile Deo Imp. Justin. Nov. 6. in pr. Ideo & nos in Nomine
Domini nostri Jesu Christi, qui semper aternis liberalitatibus nos susten-
nare dignatur L. 2. C. de jur. vet. enucl. initium facimus L. 1. C. de
off. Praef. Afr. Teq, summe Rerum Conditor supplices precibus ambi-
mus, ut Gratia tua Favonio nostro de HEREDIBUS exercitio adspira-
re velis. Ne a. sine methodo, & illotis, ut vulgo loquimur, manibus
praesentem materiam pertractemus, paucis ea, de quibus in hac dispu-
tatione acturi sumus, praemittemus; Eam in quinq; sectiones divi-
dentes; quarum Prima Definitionem Heredum. Altera eorundem
Divisionem. Tertia Materiam seu objectum. Quarta Causam for-
malem, quomodo scilicet quis animum declaret, quod heres fieri velit.
Ultima v. Finem & Effectum proponet.



SECTIO PRIMA
de
DEFINITIONE HEREDUM.

§. 1.



Aut in scite flumen illud Eloquentiae Ro-
manae L. 1. de off. in pr. differit; omnis,
inquiens, quae ratione suscipitur de re a-
liqua institutio, debet a definitione profi-
cisci, ut intelligatur quid sit id, de quo
disputetur. Et sane difficilis omnis foret
disputatio, si non id, de quo instituitur, recte ab initio de-
finiatur juxta Aristot. VIII. Top. 3. Animadvertendum igitur
& nobis, quid sit, de quo in praesenti quaeritur, Julian.
in L. 12. §. 3. de Reb. Dub. maxime cum Definitio cujusq; rei
potissima pars, per quam cognoscitur, ut per caput ho-
mo L. 44. de. Rel. & sumpt. fun. Lymnaeus de Jure Publ.
vol. 1. Lib. 1. c. 1. n. 3. Ad Definitionem E. nos accingimus,
eamq; duplicem facimus; Nominis & Rei. §. 2.

§ 2. *Definitio Nominis absolvitur Etymologiâ, Homonymiâ & Synonymiâ: quæ prius proponenda. Licet enim in jure nostro potior Rerum L. scire Leges 17 de Legib. Prior tamen verborum & vocabulorum ratio est habenda L. I. pr. de J. & J. L. hujus edicti 1. J. pactum 1. de Pact. L. I. de rebus cred. pr. J. de testam. ordin. cum Notatio Nominis in cognitionem sæpè rei nos inducat.*

§ 3. *Varia a. circa vocis hujus Heredis Etymologiam Vocis Heredis* *occurrunt opiniones: Alij derivant à verbo herere, quòd* *redis Etymologia* *de functus & heres cohæreant, ac pro unâ personâ habeantur Nov. 48. in pæfat. Alii ab αἱρέω. Alii ab are s. pecuniâ (quâ voce generaliter sumptâ omnes res tam soli quàm mobiles, tam corpora quàm jura indigitantur L. 222. de V. S.) defuncti, in quam hæres succedit; ratione petitiâ à quantitate vocis heredis syllabæ primæ, quæ producitur. Alii à verbo herciscere, quod dividere est, Matth. Wesenb. in. Paratit. tit. fam. hercisc. n. 20. Rat. quòd hereditas inter heredes plures, scil. extantes, dividatur. Nos relictio aliorum judiciò heredē ab herus deducimus; Rat. quòd heres sit herus hereditatis, & Dominium rerum, maximè si suus sit heres, continuetur §. 2. J. de hered. qual. & differ. §. sui autem 3. de hered. qui ab intestat. Hinc etiam heredem non per eDiphthongum, sed per simplex e scribendum defendemus cum Treutl. vol. 2. Diss. 12 th. 1. lit. A. Rebhan. Hodeget. Jur. chart. 2. Clim. 2. parallel. 1. n. 22. Obst. quantitas syllabæ primæ in voce herus, quæ brevis, in voce verò heres, producitur &. cum modò cit. D. Rebh. Argumenta desumpta à quantitate infirmia & lubrica esse; cum Derivata eandem sæpè mutant, uti videre est in Tegula à Tego, tutor à tueor, lector à legendo &c: Aul. Gell. Noct. Attic. L. 1. c. 3.*

§ 4. *Etymologiam excipit Homonymie, Sumitur autē*

A S

VOX

Ejus Homonymia quatenus

Obst.
&

sumitur vox Heredis vel *Generaliter* vel *specialiter*. *Generaliter* pro
vel Gene- quocunq; *successore universali*, ita, ut etiam *bonorum pos-*
raliter. *seffor* L. 117. de D. R. J. L. 170. de V. S. *fidei commissarius*
universalis, §. 3. de *fidei commissis hered.* & *substitutus pr.*
vel speali- J. de *vulg. & pupil. substitut.* L. 50. de S. V. hoc nomine
ter. Et *Specialiter* iterū vel *Proprie* vel *Improprie* *Proprie* (1)
tunc qui- *strictè*, pro herede proximo & vero. h. e. qui Jure civ. talis, &
dem vel *opponitur* cæteris *successoribus Prætorijs* L. 2. de *Bon.*
Proprie. *Poss.* (2) *Strictius* & κατ' ἐξοχήν pro suo herede §. 2. J. de
 (2.) *hered. ab intest.* (3) *Strictissime*, ut in feudis, ubi mascu-
 (3.) *lus* saltem heres, & in Gerada, ubi foemina proxima, he-
redes dicuntur. Schultz. *Synops. Instit. Imperial. tit. de*
success. Liber. Natural. & Legit. lit. E. Sigism. Finckel-
thaus observ. 81. n. 30. Improprie & planè *abusivè* (1) *le-*
gatarus heres dicitur L. 14. §. 1. ff. de *Usucap.* L. 216. de V.
S. (2) etiam heres dicitur is, qui *hereditate abstinet* L. 30
 (1. §. 10. de *fideicom. Libert. ibi;* non est sine herede, qui
 (2. suum reliquit, licet se *abstinentem* D. Rebh. *cit. loc.*
ejus syno- §. 5. *Synonymia* esse potest, quod heres etiam dica-
nymia tur *successor* L. 6. de *Except. it. Dominus hereditatis* argum.
 L. 48. in *pr. de hered. instit.*
 §. 6. Antequam verò ad *heredis Definitionem* pro-
 gressum faciamus, *Hereditatis definitionem* premittemus.
 Definitur autem ea à Cajo in L. 24. de V. S. & Juliano in
Hereditas L. 62. de D. R. J. quòd sit *successio in universum Jus, quod*
quid? *defunctus habuit: Quæ* ipsam spectat hereditatem in actu
 secundo consideratam, sive in quam quis actu succedit.
 Unde jam ita posset describi heres, *quod sitis, qui Jus succe-*
Heres *denā* habet, prout Imp. Justin. §. 2. J. de *tutel. tutelam*, sc.
quis? quòd sit vis ac potestas in capite libero &c: seq. §. 3. eod.
 tutores exinde, quod sint Ji, qui eam vim ac potestatem
 habent; descripsit. Vel potius ita: *Heres est successor in*
 uni-

universum Jus defuncti, juxta Paulum L. 6. de Except. Pomponium L. 37. de acquir. hered. & Javolenum L. 34. de judic. Generis loco ponitur successor d. LL. Differentia sumitur

(1) ab Objecto, quod est Jus defuncti (2) à Forma, quæ est universum Jus, non aliquod singulare; quâ differt heres à legatario d. L. 6. de Except. Ubi etiam hoc sicco non prætereundum pede, quod Bachov. ad Wesenb. n. 2. tit. de hereditat. petit. neget hereditatem jus esse, dicitq; illud Jus commentum esse & chimæram quandam in aère volitatem (2). Dicit; per hereditatem intelligi universitatem bonorum, in quam succedit heres. Verùm cum Textus expressos in Jure habeamus, in quibus hereditas jus vocatur L. 5 §. 5. ibi, Jure hereditario transire de his qui de jec. vel effud. L. 6. de Religios. §. incorporales 7. de reb. corporal. §. in corporal. Jus Dominiumve hereditatis. it. in L. 1. §. 1. de Rerum. Div. Jus successionis Add. Theoph. 7. de reb. corporal. §. incorporal dicens: κληρονομία ἐστὶ δίκαιον πὺ φανεροῖς τρόποις συνιστάμενον κατὰ λαμβανόμενον, ὃ ποιεῖ με τοῖς ἑτέροις περιουσίας ἀθετοῦ γίνεσθαι δεσπόην. i. e. Hereditas est Jus quoddam certis modis constitutum, sed intellectu comprehensum, quod alieni patrimonii universalem Dominum me efficit. Bachovij auctoritatem hîc non attendimus, cum aliis distinguentes; inter hereditatem, quæ sumitur vel Materialiter sive in actu signato, ut Philosophi loquuntur, pro rebus hereditariis. Germ. Erbschafft/verlassenschaft. vel Formaliter, in actu exercito; pro jure per quod succeditur. Erbgerechtafheit/ Erbrecht. Illo modo hereditas non est Jus; at hoc: scilicet si hereditas sumatur pro Jure succedendi. D. D. Hahn ad Wesenb. tit. de hered. petit. Nobiliss. D. D. Struve Exerc. adff. 10. thes. 42.

Definitio - nis Genus (1) Differen - tia ab O - jectio (2) à Forma.

Hereditas materia - liter sum - pta. Ger - man. Erbschafft formaliter sumpta Germ. vocatur Erbrecht -

SECTIO

SECTIO SECUNDA

De

DIVISIONE.

§. I. Relictâ jam Definitione Materiæ præsentis ar-
tem paulò penitiùs ingrediamur, dicentes; *Quotuplices*
heredes sunt heredes, nempe *Duplices*: *Alii*, ex testamento, alii *immedi-*
atè à Lege heredes vocantur. §. ult. 7. per quas person-
am. alij *cuiq; acquir* verb. Nam vel ex testamento & c; L. 19. C. de.
ab intestat. *jure deliber.* Quæ Divisio Generalis est, reliquæ autem
quæ aliàs adduci solent, Particulares sunt. *Nec obst.* (1)
Obs. 1. quòd alij statuant, tertiam dari classem heredum, qui ne-
que ex testamento, neq; ab intestato succedunt; & pro
suâ stabiliendâ sententiâ utuntur L. 19 C. de *jure aelib.*
in verb. *vel ab intestato vel ex Testamento vel aliter.* & e-
nim fallaciam compositionis & Divisionis hîc committi,
& verba illa: (*vel aliter*) referenda esse ad verba seqq. *et*
Cognitum sit Dn. Kiemer p. m. *Disp. de success. ab intest.*
th. 1. Lit. B. Et sic statuimus adhuc, quòd alij sint ex testa-
mento, alij ex Lege tantùm s. ab intestato. *Nec Obs.* (2)
Obs. 2. quòd etiam ex pacto successorio Jus hereditarium extin-
ctâ unius scil. stirpe alteri in ditionibus & principatibus
deferatur; quo Publico consulitur bono: Hæc enim Pa-
cta ad familiarum Illustrium conservationem faciunt;
pacem & tranquillitatem imperii, atq; salutem subdito-
rum, (quippe quorum interest alienis non subjici Do-
minis) promoventia. Vid. Wurms. in *Exercit. Academ. Jur.*
Publ. & *Dist.* Inter *Jus hereditarium ordinariū*, & *Ex-*
traordinariū. Concedimus moribus nostris receptum
esse, quòd familiæ quædam Principum in defectu legi-
timorum heredum ex conventionem, ne feudum ad Do-
minum redeat, sibi successorem quærant. Quod pactū
Germanis vocatur *Ein Erbverbrüderung* / *Erbverem-
ung*

ung. Lymn. Lib. 4. vol. 1. c. 8. n. 126. Carpz. ad Leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 7. n. 26. seq. Atque ita pacisci saltem possunt Principes & personæ Illustres per jura superioritatis, quibus clarent. In familiis a. non Illustribus & privatis locum minimè obtinet, neq; ita pacisci queunt. Dn. D. Hahn tract. de jure Rerum Conclus. 75. n. 3. 4. Unde jam ad oculum patet tale pactum non ordinarium, sed extraordinarium esse; de quo nobis hætenus nullus sermo, cum tantùm de ordinario jure hereditario, à quo heres propriè appellatur, loquamur. Dn. D. Hahn. ad n. 3. Parat. Wesenb. de hered. petit. Insistimus itaq; superiori sententiæ, quâ asseruimus heredes duplices esse testamentarios scil. & à lege vocatos seu legitimos

§ 2. Quoniam autem, quam diu ex testamento hereditas adiri potest, à lege sive ab intestato non deferretur per L. 39. de acquir. hered. itaq; & nobis primus de heredibus testamentariis erit sermo: Sunt ergo *testamentarii heredes, qui ritè sunt instituti à testatore, ut in omnia ipsius bona succedant.* Ut itaq; succedere possint, requiritur, ut testamentum illud in quo heredes instituti sunt, omnibus numeris absolutum sit. Quale est si (1) factum fuerit à personâ habili, & (2) secundùm præscriptas in jure Civili solennitates L. 4. ff. qui test. fac. poss. quæ si deficiant, hereditatis petitionem instituens, exceptione intentionis repellitur. Quæ ut paulò clariora fiant, de his qui testamentum condere & qui non possunt, breviter dispiciemus. Omnes verò testamentum condere possunt, qui jure non prohibentur. Covarruv. ad Rubr. X. d. testam. p. 3. n. 41. Simon de Prætis tr. d. interpret. ult. vol. lib. 3. tit. 1. dub. 1. Sol. 4. n. 34. Unde quoq; in dubio quilibet præsumitur ad testamenti factionem idoneus.

Testamentarii heredes qui?

B

neus-

neus, donec contrarium fuerit probatum Sich. *ad Rubr. C. qui testam. fac. poss. n. 2.* Hartm. Hartman *libr. 2. pract. forens. tit. 38. obs. 1.*

§. 3. Vestigiis porrò Sacratissimi nostri Principis infistentes de his, qui testamentum condere nequeunt agemus: Unde quæstio altera, quinam condere possint, facilis erit; cum contrariorum eadem sit ratio.

Prohibentur à testamento facitione. I

§. 4. Prohibentur autem (1) *qui non sunt è numero Civium*, ut servi L. 15. L. 16 *verb. servi. tum* quòd nihil in bonis habeant; Omnia enim quæ acquirunt, Domino suo acquirunt §. 1. *de stipul. servor. pr. per quas personas nobis acquiritur obligatio. §. 3. per quas pers. cuiq. acquiritur: tum* quia testamentum est Juris Civilis L. 120 *de V. S. cujus servi nullatenus sunt participes L. 32. de R. J. Hunn. ad Treutl. vol. Disp. 10. thes. 2. lit. D. licet etiã liberi facti decesserint L. 19. ff. qui test. fac. poss. nisi illis specialiter permissum. Obsides L. 11. ff. qui testam. fac. poss. pariter & illi, qui de statu suo dubitant vel errant. L. 14. 15. ff. eod. item capti ab hostibus L. 8. pr. eod. in insulam deportati L. 7. §. 2. eod. Vel licet sint Cives, ob aliam tamen causam prohibentur; nempe (1) ob potestatem, ut filius fam. L. 16. d. t. L. 19. eod. Ratio: quia alieno juri subjecti sunt; qui autem alieno juri sunt subjecti illi etiam testamenti faciendi Jus non habent: adeò, ut quamvis parentes eis permiserint, nihilom. jure testari nequeunt *pr. 7. quibus non est permiss. fac. test. L. 6. qui test. fac. poss.* Et etiamsi sui juris deinde facti fuerint, nihilom. testam. antea confectum nullum est. *pr. 7. quib. non est permiss. fac. testam.* Testamenti enim factio Juris Publici est L. 3. *h. t.* Unde sequitur, quòd illud, quod publicum est, pactis privatorum mutari nequeat L. 45. §. 1. *de R. J. neq; etiam pacta privatorum Juri Publico derogant**

Obsides.

capti ab host. deportati. Filius fam. Rat.

gant per *L. 38. § ff. de pact. Obst. §. ult. 7. de 7. § 7.*
Quodcumq; tendit ad privatam Civium utilitatem; illud *Obst.*
non est Juris Publici. Atqui testamentum tendit ad pri-
vatam Civium utilitatem. E. Maj. constat ex *d. §. ult. Mi-*
nor per experientiam. Nam per testamenti factionem
neq; conservatur neq; minuitur status, sed subvenitur pri-
vatorum commoditati. Ad quod argum. ut *re. distingui-*
mus; Inter ea, quæ Juris Publici propriè sunt & inter ea,
quæ impropiè: Illa dicuntur Juris publici, quòd con-
servent statum Reip. Hæc autem quòd singulorum qui-
dem respiciant utilitatem, sed tamen à Jure Publico ita
regantur ac dirigantur, ut in privatorum hominum po-
testate non sint. *Lymn. de Jure Publ. vol. I. L. I. C. I. n. 4.*
s. seqq. Limitamus igitur Majorem: Quod tendit ad pri-
vatam Civium utilitatem, ita tamen comparatum, ut
regatur à Jure publico in quo privatus nihil mutare pos-
sit, Illud omninò Juris publici est; Jam subsumimus, te-
stamenti factionem esse quidem talem, quæ privatam
Civium utilitatem spectat, ita tamen regitur ac dirigitur,
ut privatus in eo nihil quicquam mutare possit. Hæc ve-
rò, quæ jam diximus, simpliciter intelligenda non sunt,
sed sub Limitatione. Diversum enim nobis in peculio
Castrensi & quasi Castrensi ob oculos ponitur *d. pr. 7.* In
quibus filiusfam. pro patrefam. habetur *L. 2. ad Scm.*
Macedon.

§. 4. (II) *Ob defectum ætatis*, ut impubes *L. 5. qui*
test. fac. poss. Absente enim animi judicio, nullus sanè
exprimere poterit mentis & voluntatis suæ declaratio-
nem vel testationem. *pr. 7. de testam. ordin.* Jam verò in
impubere nullum animi judicium est §. 1. *quibus non est*
permiss. fac. test. § 9. de inutil. stipul. E. sed Quæ. annon
tutore autore voluntatis declaratio fieri queat: Dicitur

II. ob defe-
ctum æta-
tis; Impu-
bes

Q.

enim in *L. 5. de R. 7.* Quòd pupillus omnia negocia tutore autore gerere poterit. E. et. tut. aut. test. cond. pot. Qui enim omne dicit, ille nihil excludere videtur. *L. 68. de legat. 3.* *ibiq; Gothefred. 82.* Quòd ne quidem tutore autore possit:

Rat. 1.
2.
Obst. 1.
2.
Obst. 2.
3.

dot. Schneidevv. ad § si quis. n. 40. de Action.

III. Obvium tum animi.
1. in furioso § 1. quibus non est permiff. fac. testam. L. 9. C. in furioso. h. t. L. 5. C. de Codicill.
2. in mente capto.
3. in prodigo.

§. 5. (III) Obvium tum animi. Quale videre est. *1. in furioso § 1. quibus non est permiff. fac. testam. L. 9. C. in furioso. h. t. L. 5. C. de Codicill.* Distinguiamus tamen; An perpetuò talis, & tunc nullatenus testari potest: An v. dilucida habeat intervalla; & de tali concedimus, quòd tempore intermissionis testamentum condere possit. *L. 20. §. 4. L. 9. C. eod.* Jam verò quæritur, unde colligi possit testamentum tempore intermissi furoris confectum esse? *82.* ex actus gesti qualitate. *Aut* enim testamentum ita scriptum est, ut homini prudenti & sanæ mentis conveniat. Exinde sanè præsumitur testamentum illud intervallo intermissi furoris confectum esse. *Aut* dispositio illa fatua & inepta est. Unde facile colligi poterit, testamentum conditum fuisse in ipso furoris tempore. *2. Idem dicendum erit in mente capto L. 17. qui test. fac. poss. 3. in prodigo; vel quòd ei bonis interdictum §. 2. 7. & L. 18. h. vel quòd furioso comparatur §. 3. de curatorib. & passim: quòd si autè ante*

ante interdictionem testatus fuerit, pro rato habetur. §. 2.
quib. non est. per-miss. fac. testam. Tūm corporis. ut (1)
mutus & surdus §. 3. J. & L. 6. L. 7. ff. & L. ult. C. eodē,
sub hac tamen limitatione: *An vitium illud conjun-* *tūm corpo-*
ctū sit; an verò discretum. Illud vel est à natura, quo casu *ris.*
testari minimè licet; *vel à casu, quo licet, si scil. lite-*
ras noverit. Hoc in furdo non impedit facultatem testa- *1. mutus*
mentum condendi, licet sit à naturâ, in muto autem im- *& surdus*
pedit, nisi literas sciat. Bachov. ad Treutl. d. l. th. 3. lit. E.
(2) Cæcus, quod verum in mystico testamento f. scripto *2. Cæcus.*
(uti Sutholt illud appellat dissertat. VII. §. 21.) in nuncupa-
tivo aliud obtinet; tunc enim si VII. testes, adhibeat. 2.
Notarium & 3. in horum præsentia voluntatem decla-
ret, rectè testatur L. 8. C. eod.

§. 6. Et hætenus de personis quæ testamento here-
des instituere nequeunt; Ubi tamen plures adduci pos-
sent, si ultra propositum scopum evagari animus esset:
Brevitatis igitur studentes eas præterimus. Circa perso-
nas autem, quæ habiles sunt, requiritur, ut modus testan-
di sit legitimus *partim*, quoad institutionem, *partim*
quoad solennitates. Et quidem circa institutionem, quæ
fundamentum testamenti §. 2. *de fid. eicommiss. hered. §. 24.*
de legatis, requiritur, ut, si testator habeat liberos, illos
vel instituat, vel exheredet *pr. de exhered. liber.* deinde e-
tiam requiritur; ut solennitates illæ, quæ jure constitutæ
sunt, in illo etiam observentur; quæ potissimum in VII
testibus adhibendis, iisq; specialiter rogatis, consistunt
§. 3. *de testam. ordin.*

§. 7. Verum non quosvis pro lubitu adhibere
testes sufficit; sed requiritur, ut adhibeantur habiles. Pro-
hibentur enim quidam *Naturâ*, quidam *Lege*. Qui natu-
râ pro-

B 3

Personæ
habiles
à Naturâ.

râ prohibentur sunt, qui licet velint, à testimonio tamen perhibendo removentur, idq; *vel* quò non intelligant quod agitur, nempe propter ætatē, ut *impubes*, *vel* propter animi morbum, ut *furiosus* L. 20. §. 4. *h. L.* 20. §. 5. *h. Prodigus*; *vel* quòd sensu ea percipere nequeant: *surdus*, *cæcus*; *vel* quia quòd perceperunt & intellexerunt, eloqui tamen & de eo testari non possint, ut *mutus* §. 6. 7. *de test. ordin.*

Lege.

(1)

(2.)

(3.)

(4.)

(5.)

§. 8. Lege prohibentur, qui, licet naturâ non impediantur, quò minus testimonium perhibere possint, justis tamen de causis arcentur. Nempe (1) ob *statum persona*. E.g. *servi* §. 7. *cod.* (2) ob *delictum & inde sequutam damnationem* L. 20. §. 5. L. 18. §. 1. *h. L.* ob *car-men* 21. *de testibus*. (3) ob *lucrum & commodum*, quòd quis ex testamento consecutus, ut heres. (4) ob *potestatem*, ut *filius*. (5) ob *sexum*, ut *mulier*. L. 20. §. *mulier*. 6. *h. t. L.* 18. *de testibus*. Qui omnes adhiberi non possunt. Itaq; ut testatoris voluntas firma stet, finemq; suum cū effectu consequatur, testes ad id habiles oportet, adhibeantur.

§. 9. Et sic, qui hereditatis petitionem instituere laborat; se à testatore *vel* ex *asse* *vel* ex *parte* institutum probare tenebitur, aliàs exceptione *præposterationis*, repellitur, i. e. quàm diu se heredem esse non docuerit ab hereditate remouetur Schneidev. *ad* §. 20. *de Action. verb. fam. hercisc. n.* 7.

Heredes le-
gitimi s. à
Lege tales.
quorum
triplex or-
do:
I. Descen-
dentes.

§. 10. Hactenus de testamentariis heredibus. Sequuntur jam, à *Lege* *vocati* s. *legitimi*; quorum in *Nov.* 118. triplex habetur ordo: *Alius* enim est *descendentium*; *alius* *ascendentium*; *alius* *collateralium*. Ex his autem *descendentes* reliquis omnibus præferuntur in *d. Nov.* 118. *c.* 1. Rationes autem, cur liberi potius sive *descendentes* ad *successionem* defuncti ab *intestato* admittantur, quàm *paren-*

parentes s. ascendentes, petuntur ex *L. 15. de inoff. testam.*
L. 7. Unde liberi. L. 7. de bonis damnatorum j. L. 11. de liberis
& posth. L. 14. de suis & legitimis L. nihil interest. de bon. li-
bert. Nov. . § primum itaq. & Nov. 118. C. 1. Nec obstat; 1. Obst. 1.
Descendentes juniores ascendentibus esse; seniores au-
tem potius præferendos: & constat quòd Romani neq;
generi neq; pecuniæ præstantiorem honorẽ tribuere,
quàm ætati solebant: Majores enim à minoribus cole-
bantur ad Deum propè & parentum vicem, atq; in om-
ni loco, inq; omni specie honoris priores potiores-
vè habiti. Gell *L. 2. N. A. C. 15. 2. Imperator Nov. 118. præf. Obst. 2.*
Ascendentes præmittit descendentibus. *Et* enim illud *Et.*
quidem in muneribus deferendis obtinere, & ubi pru-
dentiã opus fuerit; quo casu seniores maximè præferen-
di sunt. *Mundius de muneribus & honor. C. 1. n. 56.* quod
hujus loci non est. Aliud quippe obtinere in successio-
ne, patet ex *L. 7. unde liberi* quæ sic habet: *Non sic parenti-*
bus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas: Paren-
tes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos na-
turæ simul & commune parentum votum. Ad 2. *Et.* Hoc non
factum esse, ut ipsi in successione præferantur, sed quia *Et. 2.*
sine ascendentibus descendentes esse nõ possunt. *Rittersh.*
Nov. part. 7. C. 3. n. 6. Sunt autem descendentes unico
ve. bo *Liberi.* Quicùm non sint unius ejusdemq; qua-
litas, nec etiam eadem successionis jura obtineant, bre-
viter *διχοτομίας*, paucisq; eorum differentiam ostendere
liceat. *Descen-*
dentes
un. verbo
Liberi.

§. II. Nempe liberi sunt *vel* veri *vel* ficti. Illi rur-
sus *vel* legitimi *vel* illegitimi. Legitimi *vel* nati, & qui-
dem *aut* ex eod. matrimonio, *aut* ex diversis: *vel* facti
(legitimati) s. per subsequens matrimonium s. per re-
scriptum Principis. Illegitimi iterum sunt *vel* simplici-
ter ta-

ter tales e.g. qui ex fornicatione vel damnabili coitu, ut adulterio & incestu nati; *vel* secundum quid illegitimi, ut naturales. Ficti liberi sunt *vel* arrogati *vel* adoptati.

Legitimè
ex eod. ma-
trimonio
nati succe-
dunt in ca-
pita.

Casus tri-
plex. 1.
2. 3.

Q.
R.

Nati ex
diversis
matrimo-
niis.
Consanguini.

§. 12. Præmissâ sic liberorum differentiâ; jam brevibus ostendamus, quid juris circa successionem habeant, vel quomodò heredes fiant. Nempe legitimè nati ex eodem matrimonio succedunt in capita.

§. 13. Ubi tamen triplex notandus est casus: *vel* enim omnes sunt primi gradûs, *vel* quidam remotioris, *vel* omnes remotioris. Primo casu succedunt in capita, h. e. æqualiter & Patri & matri. Bernh. Schot. *in Exam. Jurid.* p. 768. secundo & tertio, in stirpes. Rittersh. *Nov. part.* 7. C. 4. n. 8. 13. & 15. Quæ quanquam sese ita habeant, res tamen non omni caret difficultate; si scil. unus *vel* alter à parentibus jam aliquid acceperit; tunc enim Quæ. An hoc non attento æqualiter succedat? Ad quam quæstionem R. Neg. Liberi enim dividentes hereditatē paternam omnia bona, antea à parentibus accepta (nisi specialiter in legibus excepta) conferre tenentur *l. 1. ff. & C. de collat.* in tantum, ut & filia dotem conferre cogatur *L. 1. de collat. dot.* Wesenb. *tit. de collat.* n. 1. Schneidew. *ad §. quedam. verb. fam. herisc. de Act.* n. 39.

§. 14. Diximus de legitimis ex eodem matrimonio, quòd in capita succedant; Sequuntur jã nati ex diversis matrimoniis: Ubi distinguimus inter consanguineos h. e. qui unum eundemq; habuere patrem, sed diversas matres. Quoad illos interest, an Pater eorum ante secundam uxorem s. novercam decesserit. an v. post eandem. Illo casu, quodcumq; defunctus à prima uxore acceperit, sive dos s. alia largitas fuerit, id omne liberi primi matrimonii ferunt præcipuum. *Nov. 22. C. 29. pr. & c. 16* si verò post secundam uxorem; liberi secundi ma-

matrimonii bona dotalia, ut & omnia alia matris bona soli consequuntur.

§ 15. In uterius itidē distinguitur; An mater ante secundum maritum moriatur, & tunc liberi prioris matrimonii largitatē sponsalitiā ferunt præcipuā. Si post, liberi secundi matrimonii omnia à patre suo provenientia bona ferunt præcipua *L. 4. C. de secund. nupt.* Sed quæ; An Vitrici & Novercæ nō succedant? quòd nō per *L. 3. C. communia de success.*

§ 16. Legitimati per subsequens matrimoniū in solidum Jus filiorum acquirunt, & æquè ac legitimè nati succedunt. *Nov. 12. c. fin. Nov. 91. prefat. Nov. 78. pr Nov. 89. c. 8.* Exceptio est in feudo, in quo non succedunt, propter *cap. Naturales 2. Feud. 26.* Si verò per rescriptū Principis, (quod hodiè etiam licet impetrare à Comitibus Palatinis *Gail. L. 2. observ. 142.*) non aliter succedunt, quàm nullis aliis legitimis extantibus. *Nov. 74. c. 2. §. fin. verb: sed etiam. Nov. 89. c. 9. verb. legitimis non existentibus. Rittersh. part. 7. c. 6. n. 9.*

§ 17. Illegitimi secundum quid, ut ex concubinā nati, alias naturales dicti quomodo succedent? Disting. inter bona paterna & materna. In illis disting. An legitimi adsint, quo casu planè non succedunt. *L. ult. C. de natural. liberis. Nov. 89. c. 12. §. 2.* Quibus non extantibus succedunt, quotquot sint, in hereditatis paternæ sextantem: h. e. duas unicas in capita cum matre dividendas *Nov. 18. Nov. 89. C. 12.* In reliquas decem uncias succedent proximiores agnati & cognati defuncti. *Rittersh. Nov. part. 7. C. 4. n. 12.* Matri v. indistinctè succedunt, sive soli sint, sive cum legitimè natis concurrant. *§. 3. J. de Scto Orfic. L. 29. §. 1. de in irrff. test. L. 2. L. 80. unde Cognati.* Simpliciter autè illegitimi, ut qui vel ex fornicatione simplici cum me-

Uterini.

Q.
R.

Legitima
ti per sub
sequens
matrimo-
nium.

Illegitimi
secundum
Quid.

Illegitimi
simplici-
ter.

C

retrice

retrice corpore suo quæstum faciente, & se omnibus pro-
stituentem, nati sunt, patri, utpote quem non habent, §. 12. *J.*
de nuptiis, non succedunt. *Nov.* 118. c. 4. sed matri; nisi sit
illustris, aliiq; veri & justii liberi extent, tunc enim spurii
ab ejus successione arcentur. *L. 5. C. ad Sctm. Orfic. vel*
ex fornicatione graviore, veluti adulterio & incestu nati,
& hi neq; patri, neq; matri succedunt. L. 6. C. de incest. nupt.
Nov. 12. c. 1. Imò ne alimenta quidem ipsis liberis debentur:
Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. quod tamen jure
Canon. correctum c. *cum haberet. Extra, de eo qui duxit*
in matrim. quam polluit per adulterium.

**Liberi fi-
cti.**

§. 18. Restant ultimò liberi ficti, h. e. adoptione
naturam imitante §. 4. *de adopt.* interveniente fictione
quadam civiliter constituti: Quorum successio consi-
deratur *vel* ratione patris naturalis, *vel* respectu patris a-
doptantis. Et quidem patri naturali jure Novo & duran-
te & solutâ adoptione succedunt *L. pen §. 1. C. de adopt.*
**Respectu
Patris nat.
& respe-
ctu patris
arrogatis.
adoptan-
tis.** Hujus verò respectu, distinguendum inter arrogantem &
adoptantem. Illi defuncto æquè ac veri liberi succedunt
L. fin. §. fin. C. de adopt. In hoc distinguimus inter extra-
neū, cui succedunt ab intestato, nisi emancipetur, & inter
ascendentem & succedunt durante adoptione *d. L. fin. pr.*
eadem dissolutâ, u filius excluditur §. 10. *de hereditat. qua*
ab intest. sed ut nepos in locum patris sui admittitur *L. 2.*
§. 6. ad Sctm. Tertull. Bachov. ad Treuil. 2. 18. 12. lit. J.

**Ascenden-
tes.**

§. 19. Relictis jam Descendentibus nunc dicen-
dum de Ascendentibus. Quo nomine veniunt h. l. om-
nes parentes *L. 51. de V. S. L. 4. §. 2. de in Jus voc.* quibus
turbato mortalitatis ordine; miserationis & solatii cau-
sâ luçtuosa defertur hereditas filiorum. §. 2. *J. ad Sctm.*
Tertull. 15. de inoff. test. L. 7. §. ult. unde liberi L. 1. §. 12. de
success. edict. L. sancimus ult. C. communia de success. L. cum
qui-

quidam. ult. C. de instit. & subst. Hic enim ordo Naturalis est, ut parentes prius moriantur, & in super commune parentum votum *d. L.* Unde etiam est, quod dicitur: Filii non debent thesaurizare parentibus, sed parentes liberis. *c. cū Apostolus 6. §. prohibemus. X. de censibus. Schneidevv. 7. de secund. ordin. succed. n. 3.*

§. 20. Et quoniam Pater & filius sunt correlata; correlatorum a. eadem sit natura *L. fin. C. de indict. vid. toll.* sequitur quod etiam tot sint species parentum, quot liberorum. *Schneidevv. d. l. n. 6.* Et hinc etiam jura successionum ab intestato dicuntur reciproca, h. e. qui mihi succederet, si prius mortuus essem, quàm ipse, eidem & ego succedere debeo ante me defuncto; & contra, cui ego non succederem, idē nec mihi succedere debet. *Rittershus. p. 7. c. 1. n. 11. & 12.* Prius a. agamus de personis, antequam de Jure ipso §. *ult. 7. de 7. N. G. & C.* Sunt itaq; parentes *vel verivel ficti.* Illi iterum *vel legitimi vel Illegitimi.* Legitimi iterum *vel ex justis nuptiis, vel ex legitimatione.* Illi considerantur *vel in sese, vel in respectu ad collaterales.* Inter sese, quatenus sunt *vel in gradu pari, vel dispari.* Illegitimi, qui liberos habuere *vel ex simplici fornicatione, vel ex damnabili.* Ficti sunt Adoptivus, Vitricus, Noverca, & Spirituales. *c. 1. & t. t. Extr. de cognat. spirit.*

§. 21. Ascendentes s. legitimi parentes, si adsunt soli abq; collateralibus, succedunt æqualiter. *Nov. 118. c. 2. Rittersh. p. 7. c. 10. n. 3. Magnif. D. D. Richter in tr. de success. ab intest. sect. 2. m. 1. n. 1.* Quod tamen intelligendum secundum gradus prerogativam, non sexus. Licet enim olim Mater à Patre excluderetur *L. 2. §. Obicitur 15. ad scē. Tertull. L. 2. C. eod. L. 10. de suis & legitim.* Jure tamen Novo conjunctim admittitur à Justiniano, respici-

Ascendentes s. legitimi Parentes.

ente ad naturam, puerperium, periculum & morte in sa-
pè ex hoc casu matribus illatam. §. 4. ad Sct. Tertull. Unde
etiam in *L. assiduis C. qui potior in pign.* inquit Just. quis ea-
rum non misereatur propter partus periculum & libero-
rum procreationem, mulieri enim ante partum filius o-
nerosus est, in partu dolorosus, post partum laboriosus.
C. Ex lit. extr. de conv. insa. Si ergo defunctus reliquit Pa-
trem & matrem, æqualiter succedunt; Reliqui a. ascendē-
tes omnes excluduntur. *d. Nov. c. 2. vers. Si autem.* Sed
Q. quid si superiores tantum adsint, patre & matre prædefun-
ctis. e.g. defunctus relinquit cum aviâ maternâ avum ma-
R. ternum, & insuper avum paternum? & Hereditas in duas
partes dividenda, adeoq; unam medietatē accipiet avus
Obst. paternus, alterâ avia materna & avus matern. *d. Nov. v. b.*
si autem eund. **Obst.** *d. Nov. verb. ex æquo:* ex quibus ita licet
R. argum. si ex æquo succedunt, sequitur quòd in tres partes
sit dividenda; sed prius est. **E. R.** Duplex in *d. Nov.* decidi-
tur quæstio. (1) An omnes hi supra positi succedant? & **R.**
ex æquo; i. e. omnes qui sunt primî gradus, (2) quomo-
dò succedant, & **R.** in *verb. ita ut medietatem &c.* Ma-
jor itaq; non procedit? si ex æquo, i. e. insimul omnes (a-
liud esset, si hæc verba interpretarentur, ex æquis partibus,
Q. tunc enim negaretur Minor) succedunt, sequitur quòd
debeat hereditas dividi in tres partes; contrarium enim
jam ex ipsis textus verbis ostendimus. **Hoënon. Controv.**
disp. 12. n. 7. Aliud tamen gravius dubium suboritur:
An non potius bona, quæ à lineâ paternâ ad nepotem
mortuum pervenerint, debeant ad eandem lineam
reverti, & sic bonorum distinctio fieri? Affirmantes inve-
nio non infimi subsellii **Dd. Bart. in L. 3 C. de bon. qua lib.**
Tholosanus in Syntagm. part. 3. L. 1. C. 9. n. 11. Schneidev-
de sec. ord. succed. n. 2. Carpz. part. 3. const. 14. defn. 2. Sed
non minores sunt à parte negantium. **Hoënon, d. l. n. 7. Hun-**
nius

Hunnius *ad Treutl. vol. 2. Disp. 15. th. 4. quest. 36.* Bachov.
ad eund. d. vol. disp. 5. th. lit. C. Joach. Schultz *vol. 2. no-*
tab. 16. p. 114. Magnif. & Consultiff. D. D. Ungepaur *Ex.*
9. quest. 7. in Nego Rittersh. p. 7. c. 10. n. 6. Sutholt. *diff. 11.*
th. 60. ibiq, Nobiliff. & Excell. D. Præs. in Notia ad eun-
dem. Quorum sententia etiam nos subscribimus (1) pro-
pter *Nov. 118. c. 2.* Ubi dicitur quod hereditas veniat divi-
denda, E. h. l. non attenduntur bona, ut à quo provene-
rint, sed ut hereditas. (2) quia nō causa acquirendi, sed per-
sona, cui succeditur, inspicienda. (3) quia bona semel ac-
quisita non amplius materna aut paterna dici possunt, sed
illius, qui acquisivit *L. 10. §. 2. de vulg. & pupill. subst.* (4)
Quia, si qualitas bonorum attendere-
retur, quod remotior, quoad illa bona, excluderet pa-
rentem proximior. Hunnius & Bach. *d. l. Nec obst. i.*
§. 1. per quas pers. cuiq; acquir. verb. que non in vidia. Quod
ex re Patris provenit, illud totum fit patris: At bona quæ
h. l. nepos habet, ex re patris provenerunt. E. ad patrem
revertentur. R. Major quidem vera est in acquisitione,
quæ de etiam in *t. t. per quas pers. cuiq; acquir.* sed non in
successione. D. Ungep. *d. l. Nec obst. 2. L. 3. C. de bon. qua-*
lib. R. d. l. non agi de casu, quo superstes est avus mater-
nus, sed quo superstes sunt avus paternus & pater nepo-
tis; disponiturq; quod bona ratione Domini sint patris,
ratione ususfructus v. avi. Nihil itaq; contra nos.

§. 22. Sed ponamus, quod defunctus relinquat Pa-
trem & avum maternum. An non hic avus maternus si-
mul succedet? R. quod non: per *d. Nov. 118. c. 2.* Qui ex
ascendentibus sunt gradu proximiores excludunt reli-
quos, at pater patruo est proximior. E. Obst. quod in §. 10.
diximus, quod successiones debeant esse reci proæ: Ex
quib. ita licet argum; Si successiones parentum & filiorum,

R. (1)

2.

3.

4.

Obst. 1.

R.

Obst. 2.

R.

2.

R.

Obst.

avorum & nepotum sunt reciproca, sequitur, quod de nepotibus dictum, idem etiam debeat obtinere in avibus; Correlatorum enim ead. debet esse ratio. Sed prius est. *Et. Dist. inter quaest. An. & inter quaest. Quomodo. Avibus & nepotes succedunt, ceteris paribus. E. g. nepos succedit avo, sed non prius, quam filius fuerit mortuus, tunc enim jure representationis succedit cum filiis, & avus succedit nepoti; sed Quando? Tunc scilicet si non adsint proximiores. Obst. quod cum nepos succedat jure representationis, eodem etiam possit succedere avus. Et. quod non. Jus enim representationis tantum inter descendentes & collaterales, in filiis fratrum, locum habet, ulterius a se non extendit. In ascendentibus v. plane non obtinet, D. D. Richter d. tr. sect. 2. m. 1. n. 7. Ratio, quia representatio non inducitur, nisi per successionem: Atqui contra rationem, imo pro monstro est, ut avus representet patrem, & in ejus locum succedat. Bach. ad Treutl. d. l. lit. D. nec non Hunnius ibid. D. D. Hahn ad Wesenb. n. 15. de Gradibus.*

§. 23. Si a. ascendentes non sunt soli, sed simul concurrant cum defuncti fratribus, tunc successio fit in capita; i. e. dividenda est inter eos hereditas secundum personarum numerum ut, & ascendentiū & fratrum singuli aequale habeant portionem d. Nov. c. 2. verb: *Si vero cum.* sive sint fratres, sive sorores. Verum si non tantum concurrunt, sed & prioris praedefuncti liberi, successio fit in stirpes. Nov. 127. c. 1. Et quidem haec vera sunt in fratrum atque praedefunctorum liberorum ab utraque parte defunctum attingentium successione. Quae. An idem obtineat in fratribus ex uno tantum latere defuncto conjunctis; de quibus plura infra? Et. Quod non: Cui enim usui Imp. addidisset in d. Nov. ex utrisque parentibus, si idem voluisset obser-

servari in consanguineis & uterinis. Rittersh *d. l. n. ii.*
Hoenon. *d. Disp. n. 10.* Scheidevv. *de 2. ord. succed. n. 30.* Nec
obit. *L. si quis 7. verb. filius vel privignus C. ad Scm. Tertul. R.*
quod *d. L. per Nov. 118.* correctā sit, teste Schneidevv. Ne-
que quod obtinet in fratrum filiis, idem statuendum in
patrum nepotibus. Rat. ultra fratrum enim liberos repræ-
sentatio in collaterabibus locum non obtinet.

Obst.

R.

Rat.

§. 24. Paucis etiam attingamus illam quæstionem,
aliàs satis intricatam, maximè tamen huc pertinentem:
Quid juris, si defunctus relinquat tantum ascendentes &
prædefuncti fratris filios, nullos a. fratres? An tunc fra-
trum filii cum ascendentibus succedant? Negant pleriq;
Hoen. *disp. 12. n. 9.* Hun. *Disp. 15. th. 4. quest. 39.* & Bachov.
ad Treutl. disp. 16. tb 4. lit. G. sed affirmat Schneidevv. *de 2.*
ord. succed. n. 29. Rittersh. *p. 7. c. 10. n. 9.* Forst. *de success. ab*
intest. L. 7. c. 7. Affirmantium sententiæ, utpote æquiori &
nos accedemus cum Carpz. *p. 3. const. 17. def. 4. n. 3. D. D.*
Hahn *ad Parat. Resenb n. 15. de Gradibus,* & aliis; non tam
ob statuentium pluralitatem, quàm prægnantes ratio-
nes: Qualis enim ratio est, quòd filii defuncti fratris cum
suis thii in casu quo cum ascendentibus concurrunt, ad-
mittantur, talis etiam obtinet in absentibus. At jus repræ-
sentationis est talis ratio &c: E. 2. Si Justinianus hoc
in casu eos non voluisset admittere, sine dubio eosd. ex-
clusisset expressis verbis, semel enim eosdem ad successi-
onem vocavit; At non exclusit; E. potius eosdem inclu-
dere & admittere voluisse præsumitur. Nec obst. (1) quòd
Nov. 127. præfat. C. 1 (quæ corrigit *Nov. 118. c. 3. vers. sed &*
ipsis) Imp. tunc tantum casum exprimat quo concurrunt
cum patris. R. Unius inclusio non est alterius exclusio;
& sufficit, quòd non excluserit hoc casu, cum priore ad-
miserit. Nec obst. (2) Quòd conditionalis locutio nihil
po-

Q.

R.

1.

2.

[2.

Obst. (1)

R.

Obst. (2)

po-

ponat inesse, donec fuerit impleta; si a. defecerit, extinguitur. At hoc loco Imp. usus est conditionali locutione *d. Nov. 127. c. 1. verb. Ut si cum patruis concurrant, simul succedant.* E. Quando illa conditio non fuerit impleta, & patruis simul adsint, non succedunt. & Neg. min. quod attinet verba: *ut si &c.* illa non sunt coarctanda ad questionem quando succedant, sed potius ad questionem quomodo; hoc scil. sensu: Si concurrunt cum patruis tantam accipiunt portionem, quantam ipsorum parens accepisset, i. e. succedunt in stirpes. Non E. verba captanda sunt *L. 19. C. ad exhib.* Nec obit. quod fratres vel filii sint medium per quod fratrum filii succedunt. & enim Neg. ipsi enim non sunt medium, seq. potius Jus representationis; & ita sentit qq. Magn. D. D. Richter *d. 17. sect. 2. m. 1. n. 13.* ibidemq; sententiam hanc confirmat præjudici s.

Obst.
R.
Parentes legitimatorum Liberrorum.

§. 25. Legimatorum liberorum parentes eodem jure utuntur quoad successionem, quo ipsi liberi in partibus bonis potiuntur. Schultz. *Synops. t. de success. Par. lib. legit. Ubi si liberi manserint naturales*; Dist. tamē, An filius naturalis relinquat descendentes naturales & legitimos, vel uxorem, aut nullos horum relinquit: Illo casu, pater planè nō succedit; hoc, in sextanten i e. duas uncias. *Auth. licet. C. de natural. liberis.* Mater v. & reliqui per matrem ascendentes si soli sint, in solidum, si v. cum legitimis concurrant, æqualem ferunt portionem *S. fin. de Scto Tretull. Schneidevv. de success. par. nat.*

Illegitimi secundum Quid. Simpliciter taliter

§. 26. illegitimis secundum quæ d., succedit mater *L. s. ad Sctm Orfic.* Pater autem non potest succedere. *Simpliciter talibus*, ut incestuosis liberis, neque pater neq; mater succedit *Nov. 89. c. ult.* Schneid. & Schultz *d. l.* sed inter tales personarum successio omnimodò est prohibita. *Auth. et complexu C. de incest. nupt. Carpz. p. 3. const. 18. de fin.*

fin. 25. n. ult. Ex damnatis enim nati nec liberi naturales nominandi sunt, & vice versâ nec parentes. d. Nov. 89. c. ult. De jure Can. tamen in casu necessitatis tales liberi suos parentes alere tenentur: C. cum haberet 5. Extra de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. Magnif. D. Richter d. l. Sect. 2. m. 3. n. 4. § ult.

§. 27. Restat, ut dicamus, quomodo fictis liberis parentes succedant. Sunt a. (1) *Vitricus & Noverca*, quæ privigno non succedunt per L. 3. ibiq; Gothofred. C. comm. de success. Rationem adducit idem hanc; quod affinitatis nomine nulla successio permittatur per L. 7. C. comm. de success. At *Vitricus & Noverca* privigno sunt affines arg. §. 6. J. de nupt. E. Nec obst. L. si paterno. C. de negot. gest. Licet enim affectus & reverentia ipsis debeatur, tamen nulli conceditur hereditatis consortium. Rebh. hodeget. Chart. 2. clim. 3. parall. 1. n. 75. Nec obst. (2) quod *vitricus* sit patris loco §. 6. de nupt. R. Respicit ille respectus nuptias, quæ prohibentur inter *vitricum & privignam*. In aliis v. jurium articulis non æquè gaudet jure Patris. Sigism. Finckelth. obs. 53. n. 32. idq; facile probatu ex L. 3. § L. II. C. de furt. Ubi actio furti datur contra *vitricum & novercam*, quæ tamen contra parentes non datur §. 2. de obligat. que qd. ex del. nasc.

§. 28. (II) *Pater spiritualis*, (uti vocatur à Canonistis) II. *Pater* qualis est, qui scil. aliquem ex S. S. baptismos suscepit t. r. de spiritualis. cognat. Spirit. qui planè non succedit. Rittersh. Nov. p. 7. c. 3. n. 10. Nullibi enim in jure hoc habetur; hinc erubescimus sine lege loqui Nov. 18. c. 5. imò Glossa in artic. 3. Lib. 1. Juris Saxon. habet expressè: die Schwägerschafft- und ge-vatterschafft hindern am ehlichen leben / fördern aber nichts zum Erbe. Schneidevv. de success. Parent. & fil. spirit. n. ult.

D §. 29.

Parentes
fictorū li-
berorum.
I. Vitricus
& Nover-
ca.

Obst. 1.
R.

Obst. 2.
R.

§. 29. (III) *Patris adoptivi* successionem quod con-
III. Pater cernit, paucis eam attingemus. Dist. a. inter patrem *Adop-*
adoptivus. tantem & Arrogantem, inter quos quæ differentia, constat
Adoptans §. 2. & 3. *de adopt.* *Adoptans* iterum *vel* est extraneus, in
cujus potestatem non transit filius adoptivus, & is filio
adoptivo non succedit, sed pater naturalis §. 2. *de adopt.*
Arrogator *vel* est avus paternus & maternus, & hic naturalem exclu-
dit, filioq; adoptivo succedit. *Arrogator* v. regulariter suc-
cedit filio arrogato decedenti sine liberis, si pubes dece-
dat, & in ipsius potestate manserit §. 3. *de adopt.* Si v. e-
mancipatus vel impubes decesserit, non æquè. Schneid.
de success. legit. parent. Schultz. *Synops. cod.*

§. 30. Nunc de tertiâ Classe, collateralium scil. agē-
Collatera- dum secundum consuetam method. dicendo: Quod col-
les. laterales *alii* sint veri *alii* ficti. *Illi* iterum *vel* legitimi *vel*
illegitimi; Et legitimi rursus *vel* gradus proxioris, ut
fratres & sorores, *vel* remotioris, ut agnati & cognati re-
liqui. Rebh. *d. l. n. 76.*

§. 31. Præmissâ hac distinctione, nunc de jure succe-
dendi, & quomodo heredes fiant, dicendum. Ubi tres
constituimus casus. *Aut* fratres & sorores adsunt, *aut* fra-
trum & sororum liberi, *aut* ulteriores adsunt cognati. Si
defunctus fratres tantum reliquit, videndum, (I) An sint
veri. An v. ficti. Hi minimè succedunt, nisi sint adoptati
fratres. Germ. *Angewünschte brüder* / ab aliquo ascenden-
tium §. 14. *fin. f. de hered. qua ab intest. defer.* Verum tunc
non ut adoptati, sed ut naturales succedunt L. 23. & L. pen.
Obs. §. 1. C. *de adopt.* Nec Obs. Quod adoptivi fratres & soro-
res non possint inire matrimonium §. 2. *f. de Nupt. d. L.*
23. de adopt. E. nec poterunt ex successione commodum
sperare. R. à prohibito matrimonio ad successionem ar-
gumentari non licet; possumus enim subsumere, affiner
mat.

etiam matrimonium contrahere nequeunt §. 6. de Nupt.
E. sibi succedent: quod contra apertum textum L. 7. C.
comm. de successione. est.

§. 32. II. Si sunt veri, attendendum; An sint legiti-
mi; An v. illegitimi. Hi sunt *vel* Naturales, *vel* spurij, *vel* in-
cestuosi. Naturales & Spurij succedunt fratribus à matre
cognatis, à patre cognatis non æquè. §. 4. 7. de success. co-
gnat. Incestuosi planè non. *Auth. ex complexu C. de in-
cest. nupt.*

§. 33. III. Si sunt, legitimi, erunt *vel fratres utrinq; conjun-*
cti qui dicuntur *Germani*, à Græc. ἀμφιθαλῆς, *brüder voller* Legitimi
gebureh/it. geschwistrige von beeden banden: vel per unū dun- qui sunt
taxat parentem conjuncti, Græc. ἑτεροθαλῆς, *stiffbrüder / stiff-* vel
geschwistrig/ halbbrüder; Suntq; tunc *aut* per patrem tan- Germani.
tūm conjuncti, quem unum & communem habent, & *vel*
vocantur Latinis *consanguinei*: *vel* per matrem tantūm, *Consan-*
quam unam eamq; communem habent, & vocantur *uter-* guinei.
ini, quibus præter uterum eundem matris suæ nil sit *vel*
commune. Rittersh. p. 7. c. 13. n. 2. Jam ad orbitam: Si ad *Uterini.*
sunt fratres Germani, omnes reliquos excludunt. *Auth. Si adsunt*
Cessante C. de legit. hered: Nov. 118. c. 3. Francisc. de Barry L. fratres
18. tr. 2. n. 1. Carpz. p. 3. const. 18. def. 10. Et soli succedunt Germani
in capita; Qui enim sunt gradu æquales, æqualem etiam *Exclusis o-*
ferent portionem necesse est *arg. §. 3. v. quare etenim &c. Succedunt*
de legit. agn. succ. si verò absunt fratres Germani, horum- *in capita.*
que liberi; tunc dist. inter bona defuncti, *an* acceperit à
patre, *an* v. à matre *aut* aliunde. In bonis à patre proveni-
entibus excludunt consanguinei uterinos, ut contra à
matre datis consanguinei repelluntur ab uterinis *L. de e-*
mancip. 13. §. 2. vers. exceptis. C. de legit. hered. In bonis v. a-
liunde quæsitis succedunt æqualiter, nec consanguineus
excludit uterinum, nec contra. *Gloss. in Auth. post fratres*
a. C.

*l. C. de legit. hered Schneidevv. J. de hered. qua ab intest. r. de 3. ord. succed. n. 21. Rittersh. P. 7. d. c. 13. n. 10. Binnius Disp. de success. ab intest. th. 66. Hoënon. Disp. 12. n. 12. Treutl. vol. 2. Disp. 16. th. 5. lit. C. Quamquam Hunnius Disp. 15. th. 5. quest. 46. & Bach. dissentiant, ut et Sutholt. Diff. II. th. 73. Verum quoniam prior sententia communior & expressio nititur textu *L. 13. C. de legit. hered. Nov. 84. c. 1. § 1. ibiq;* *Dd.* fundata, nec hic textus per *Nov. 118.* expressè correctus, juxta illud: quòd non mutatur cur stare prohibeatur *arg L. 27. C. de testam.* priorem sententiam approbavimus, maximè cum videamus *Magnif. D. D. Richter* idem statuere in *sect. 3. m. 1. n. 2. tr. laud.**

§. 43. Si v. defunctus fratrum liberos reliquerit; erunt *hi vel soli, vel fratrib;* mixti. Hoc casu distinguitur, an fratres defuncti sunt Germani; an v. unolat. conj. cū illis fra-

Cum Fratribus Germanis fratrum liberis succed. al. J. repræsent. in stirpes si soli in capita. Ratio.

trū liberi succedunt jure repræsentationis, & in stirpes: Hi v. ab iisd. exclud. Si v. sunt soli; succedunt in capita. Et ita sentit Schneidevv. *d. l. n. 29. Rittersh. d. l. c. 14.* Justus Sinold *Ex. 12. de success. ab intest. th. 18.* ibiq; ad contraria *z. Hoënon. Disp. 12. n. 11.* dissentientes plurimos recenset *Sutholt d. Diff. th. 72.* ibidemq; *Nobiliss. D. Præses in not.* Quam controvers. tand. *Carolus V. in Comitibus Spir. const. de A. 1529.* diremit, Ratio a. primaria hujus opinionis est talis: Ubi repræsentatio locum non habet, ibi nec divisio in stirpes locum habebit; At quando fratrum filii soli succedunt repræsentationi locus nō est; cum quilibet jure proprio succedat. Et etiam successioni in stirpes locus non erit. Obst. quòd ipsis fratrum filiis privilegium generaliter sit concessū, quòd succedant in stirpes: E. si v. soli sint, s. cū fratribus concurrant, eod. jure gaudebunt. *z. Neg. anteced.* Tunc enim privilegium ipsis concessū est, quando concurrunt cum filiis thiiis (filiis fratrum defuncti

Si fratrum liberi soli sint; repræsentationi locus nō est. Obst. 1. z.

lib jure proprio succedat. Et etiam successioni in stirpes locus non erit. Obst. quòd ipsis fratrum filiis privilegium generaliter sit concessū, quòd succedant in stirpes: E. si v. soli sint, s. cū fratribus concurrant, eod. jure gaudebunt. *z. Neg. anteced.* Tunc enim privilegium ipsis concessū est, quando concurrunt cum filiis thiiis (filiis fratrum defuncti

functi



functi) E. extra hunc casum non succedunt in stirpes. Obst. *Obst. 2.*

(2) *Auth. Cessante C. de legit. herd. R. d. Auth.* est intel-
ligenda secund. *Nov. 118.* ex quâ est desumpta, & ita de ca-
su, quo concurrant cum thiiis, non a. quo soli sunt. Obst. *R. Obst. 3.*

(3) Quod in *Nov. 118.* dicatur, post fratres fratrumq; libe-
ros demum successio fieri in capita, E. non ipsi succedent
in cap. R. Nullam esse consequentiam, cum dicendum
esset, ipsos etiam fratres solos non succedere in capita,
quod tamen absurdum. *R.*

§. 35. Ultimò si nec fratres, nec horum liberi adsint,
indistinctè succedent proximiores gradu, nullâs exûs ob-
servatâ differentiâ: Neq; tunc juri representationis relin-
quitur locus. *Rittersh. d. l. c. 13. n. 16. Sutholt. th. 74. d. Diff.*
Sed q. ubinam E. hoc jus locum habeat? R. In descenden-
tibus in infinitum, in ascentibus v. prorsus non; In
collateralibus procedit tantùm infratrum liberis, ulte-
rius a. se non extendit. *Nov. 127. c. 1. Schneid. de 3. ord. suc-
ced. n. 13.* *Si nec fra-
tres nec ho-
rum liberi
adsuerint.
succedunt
proximio-
res gradu.*

§. 36. Omnibus a. collateralibus deficientibus
conjuges è jure Prætorio sibi invicem in solidum succe-
dunt *L. un. ff. C. Unde V. & II.* Jure Civ. namq; hoc nõ est,
nuspian enim proditum, neq; in *Nov. 118.* ejus fit men-
tio. Quibus præmortais tand. fisco bona vacantia, non
tamen heredit, asdefertur. *L. 1. L. vacantia. C. de bon. vocant.*
L. 1. pr. de success. Edicto. Illud enim ad Regalia pertinet,
& sic Jure Principis capiuntur bona; hinc etiam nulli-
bi inter successores vel in *ff. vel C. refertur*, imò distin-
guitur à successore. *L. 1. in 17. ff. de success. Edicto. Dn.*
Schütz. d. Ex. & t. th. 22. D. Jerem. Setzer Disp. 19.
de succ. ab intest. *Omnib. a.
collateral.
deficienti-
bus;
Conjuges
Jure Præ-
in vicem si-
bi succed.
Hisq; et. ab-
sentibus,
Fiscus in bo-
na vacan-
tia succe-
dit.*

D 3

SECTIO

SECTIO TERTIA,
De
MATERIA s. OBJECTO CIRCA QUOD
HEREDES VERSANTUR.

§. 1. *Materia s. objectum*, circa quod heredes ver-
Materia s. santur, sunt *bona testatoris aut defuncti*. (I) *Propria*; cum
Objectum. institutio heredis in rebus alienis non valeat. L. *si alie-*
Bon I. *nam. ff. de hered. instit.* Anton. Gometz. *tom. 2. variar. re-*
Propria. *sol. c. 20.* Petrus Heigius *ad pr. 7. quib. non est permiss. fac.*
test, n. 1. nec potest heres plus Juris habere, quam defun-
ctus. Quo collimat etiam L. XII. Tabb. quæ dat licenti-
am testandi de rebus suis non etiam alienis. Id quod in
tantū procedit, ut nec in rebus restitutioni obnoxiiis he-
res institui possit. Paulus Parisius *Conf. 26. n. 18. vol. 2.* Ni-
si is, cui facienda est institutio, consentiat. (II) *Universa*,
II. Uni- *mobilia & immobilia* - L. 13. *C. d. testam.* etiam Emphyteu-
versa. *tica L. fin. C. de jure Emphyteut.* Debet enim heres succe-
dere in universum jus defuncti, ut supra §. 6. *Sect. 1.* de-
monstratum est. Nec potest testator paganus pro parte
testatus, pro parte intestatus decedere L. *Jus nostrum. 7.*
ff. de R. 7. Ac uti viventis unum est patrimonium, ita &
defuncti, una hereditas, unus heres, ad quem ordine de-
fertur. Zoës. *in Comment. ad n. π. de hered. inst. n. 10.* Li-
cet e. plures sint heredes, qui ad successionem à lege vo-
cantur, tamen quat. defunctum ejusq; personam repræ-
sentant, pro uno habentur. Exceptis bonis Feudalib. quæ
ad heredem indistinctè non veniunt, sed saltem ad here-
dem suum L. 1. *Feud. tit. 8. in pr.* Quær. a. quid sentiendum
Q. I. 1. de eo casu, quo in re certâ aliquis heres institutus est;
Anne prorsus inutilis heredis institutio? Existimamus
Distig. distinguendum esse: Aut institutus in re certa solus est;
Aut habet coheredem. Si solus est, propriè quidem he-
res

res non est, nihilom. tamen ex asse heres esse vi juris cen-
 setur, rejectâ sc. rei certæ mentione *L. 1. §. si ex fundo. ff. de
 hered. instit.* Sichardus. Hilkenius & Donell *ad L. quoties
 13. C. de hered. instit.* Duarenus *ad tit. ff. de hered. inst.*
 Imprimis si facta fuerit institutio verbis directis. Dauth.
rubr. de mat. test. circa quam n. 43. Si v. coheredem habe-
 at, tunc non tantum subsistit heredis institutio; sed eti-
 am si universalis heres defecerit, hereditas accrescit ei,
 qui ex re certâ institutus fuit. Giph. *ad L. quoties, 13. n. 13.*
 Marcus Antonius-Peregrinus *de fidei commiss. art. 5. n. 34* **Q. II.**
 Dissentit Anton. Faber *in C. Lib. 6. def. 4. n. 2. & seqq. II.*
Q. de reb. alienari prohibitis, quid sentiendum: An in il- **R. iterum**
 lis heredis institutio facta valeat? Ubi iterum distinguen- **Dist.**
 dum censemus: Aut res in tempus saltem, non in perpe-
 tuum alienari prohibetur; Aut prohibitio facta est sim-
 pliciter absq; certi temporis definitione. Priori casu in-
 stitutio valet; Posteriori non item, teste Mich. Crass. *tr.
 de succ. §. institutio. q. 23. n. 6. & ult.* Hunnius *in Encyclope-
 dia p. 4. t. 7. n. 2. & 3.*

SECTIO QUARTA.
 DE
 CAUSA FORMALI.

Explicato Objecto præsentis nostræ Exercitatio-
 nis, brevib⁹ etiam in *causam formalem* inquiremus. Con-
 sistit a. ea in declaratione voluntatis, sitq; vel verbis vel fa-
 ctis §. ult. verb. voluntatem suam declaret vel re vel verbo. *7. one volu- t,*
de hered. qual. Illa vocatur aditio; Hac pro herede gestio. *fitq; vel ver-*
 Aditio fit quando palàm & expressis verbis contestatur, *bis & vo-*
 quòd vel fieri, vel heres esse velit. Quando v. tacitè per actū *catur Adi-*
 aliquem, quem non nisi heres per agere potest, volunta- *tio; vel fa-*
 tem declareat, dicitur sese pro herede gerere. Quoniam *ctis, & vo-*
 a. di- **Pro b**
 de gesi

Q. de Furioso an hereditatem adire possit?

De impuberibus.

Anno tutore Autore?

Obst.

Obst.

R.

a. diximus aditionem esse mentis voluntatisq; declarationem, sequitur quod ille, cui nulla est voluntas, nullum animi iudicium, adire hereditatem, eandemq; sibi acquirere nequeat; Non Entis enim nulla sunt qualitates; ut in furioso nulla est voluntas *R. 40. de L. J. L. 47. de acquir. hered. menteq; caret. §. 1. quib. non est permiff. fac. test. dorminēti iste similis L. 1. §. 3. ff. de acquir. poss. & in omnib⁹ absentis & quiescentis loco habetur L. 2. §. 3. de jure Codicill. L. 124. §. 1. de R. J. L. 17. §. II. de Injur. Unde quoq; hereditatem adire nequit. d. 63. ff. d. l. acquir. hered. Dn. Joh. Andr. Fromman in hypotyp. Juris Furiosorum. p. 49. Porro impuberes sunt tales d. §. 1. q. non est permiff. fac. test. §. 10. J. de inut. stip. L. 8. & 9. verb. neq; scire neq; decernere talis aetas potest. de acquir. hered L. 1. vers. impub. C. de fals. monet. Sed quid si tutore autore? R. tunc posse per §. 1. J. de aut. Tut. L. 9. de acquir. hered. Obst. quod impubes comparetur furioso. R. Dist. inter comparationem simpliciter factam, & secundum quid L. 5. de R. J. Et ratio diversatis est, quod in furioso nec res sit, nec spes animi: In infante v. spes sit & principium animi, s. in infante sunt semina iudicii, quae suppleri possunt autoritate tutoris. L. 32. §. 2. verb. iudicium infantis suppletur; de acquir. poss. In furioso a. nulla sunt iudicii semina, & ideo suppleri per curatorem non possunt. Hunn. ad Treutl. Diss. 12. th. 6. q. 19. n. 4. Obst. quod nullum plane dicatur ipsorum iudicium d. §. 1. q. non est permiff. fac. test. Quod a. nullum est, illud neq; suppleri poterit, sed id solum quod imperfectum. R. Quando Imperator dicit, impuberem nullum habere intellectum & iudicium, id comparate intelligendum esse, quod scil. non habeat iudicium perfectum, atq; ad actum perficiendum sufficiens: aliquale a. ipsum habere constat ex jam alleg. L. 32. de acquir. poss. L. 5.*

L. 5. de R. 7. Dubitatur adhuc de Prodigio, cui bonis interd-
dictum, an hic possit adire hereditatem. R. quod sic, per *De Prodi-*
L. 5. §. ult. de acquir. vel omitt. hered. Obst. quod furioso *go.*
comparetur L. 1. pr. de curat. furios. L. 40. de R. 7. ubi di-
citur; quod ejus, cui bonis interdicitum, nulla sit voluntas;
Jam quicumq; nullam habet voluntatem, nec heredita-
tem adire potest. Prodigus est talis. E. R. Neg. Min. Quod
a. attinet textus, illi explicandi sunt ex L. 6. de verb. oblig.
ubi dicitur, quod is cui bonis interdicitum, stipulando si-
bi acquirere possit; sed alteri tradere, & promittendo
obligari nequeat. Nulla e. est ipsius voluntas in iis acti-
bus, qui sunt Domini translativi.

Obst.

R.

§. 3. Si tacite mentem suam declarare velit, factu
opus est, ex quo Jus animu illius praesumere possit. Sunt
a. illi actus duplices: *Alii* simpliciter illativi hereditatis;
Alii non illativi adita hereditatis. *Hi* sunt, ut, funerare
mortuum L. 20. §. 3. de acquir. hered. L. 12. §. 4. 5. L. 14. §. 8.
de relig. L. 20. §. 1. verb. sepelivit. de acquir. hered. Debita
praecipue minima exsolvere d. L. 20 animus enim adeundi
ex iisdem non statim colligitur. *Illi* sunt, quos citra ani-
mum adeundi & nomen & Jus heredis quis facere non
potest; ut si quis res hereditarias vendat §. ult. 7. de hered.
qual. L. 20. Pro herede. §. 1. L. 25. §. sed quid si: de acquir. hered.
vel solvat debita hereditaria. Hinc caute heredes agunt
si ejusm. actum citra animum adeundi hereditatem ex-
ercentes, de hoc ipso protestentur. Protestatione enim
conservatur Jus protestantis L. 4. §. 1. ibiq; Gothofred. ff.
quib. mod. pign. vel hypoth. solv. L. fin. pr. verb. item si predi-
xerit ff. n. ut. Caup. stabul. L. 14. §. 8. de relig. & sumpt.
fun.

Actus non
illativi a-
dita here-
ditatis.

& simpli-
citer illa-
tivi here-
ditatis.

§. 4. Quoniam a. non sufficit Jus habere, nisi etiam
illud sciamus in iudicio proponere; Quar. quod nam

E

pro-

Q.

pro consequendâ hereditate, si fortè alius intereâ de facto
 sibi arrogaverit Jus in rebus hereditariis, competat? Est
 unico verbo, *hereditatis petitio*. Lic. & enim ipso Jure here-
 des fiant, & statim Dominium & omne Jus defuncti ab
 ejus morte consequantur §. *fin. J. de hered. qual. L. omnia.*
 193. L. 138. *de R. J. occupare etiam vacantem, neq; ab a-*
pso possessam hereditatem possint, tamen ubi alius pro-
herede vel possessore eam possidet, privatâ eum autori-
tate expellere prohibentur. Wesenb. *Part. n. 9. de hered.*
pet. Opus E. tunc est, ut hanc petitionem heredis institu-
 ant. De quâ jam multa dicere possemus, si non angustiâ
 chartæ & intentio nostra impedimento esset: Hoc tamen
 non omittendum; contra quem n. detur hæc hereditatis
 petitio? Nempe contra possidentem pro herede & pro
 possessore L. II. 12. 13. *de hered. petit.* non v. contra titu-
 lo singulari possidentem L. 7. *C. eod.* contra quem etiam
 rei vindicatio restituenda inquiritur. Wesenb. *Parat. n. 10.*
ibiq; D. D. Hahn. n. 10. Schneidevv. ad §. actionum. J. de
Actionibus rubr. de hered. n. 22. D. D. Struve, Exercit. 10.
th. 49.

SECTIO QUINTA

Finem & Effectum proponens.

§. I. Quinto & ultimo restat etiam dicere, quid-
 nam importet heredem factum esse, vel hereditatem a-
 diisse. Np. hoc; quòd *tùm* omne lucrum, *tùm* etiam dam-
 num in eum redundet. *Lucrum* quod concernit, transe-
 unt in heredes omnes res tam corporales, quàm incor-
 porales; & hinc etiam actiones indistinctè, Activè, i. e. ut
 ipsi debitores defuncti convenire possint æquè ac defun-
 ctus in morte præventus potuisset, *Damnũ* verò consistit in
 hoc, quod ipse etiam obligetur omnibus defuncti cre-
 ditoribus, etiamsi hereditas post non reperiratur solven-
 do

Finis & Ef-
 fectus.
 Quod &
 lucrum &
 damnum
 in heredes
 redundet.

do. L. 8. de acquir. hered. Atq; ita Passivè omnes in eum dantur.

§. 2. Verùm quoad hunc effectum liceat paucis hîc referre, quales sint actiones; exinde enim clarius apparebit, Quenam actiones in heredes dentur, & quæ non: Np. sunt *Actiones aliæ Reales*, de quibus non dubitatur; *Aliæ personales*, quæ iterum *vel ex contractu, et ex delicto*, & *hæ aut pœnales aut rei persecutoriæ*, utræq; *vel Puræ vel Mixtæ* §. 6. 7. de Act.

§. 3. Jam includamus rem ipsam duabus Regulis; *Regula I* quarum I. Actiones Pœnales ex maleficio, s. merè tales, s. rei persecutoriæ s. mixtæ non dantur adversus heredes, sed morte delinquentium extinguuntur §. 1. 7. de perpet. & temp. Act. L. 9. de L. Aquil. L. 23. §. 8. eod. L. 4. §. ult. L. 5. 6. 7. de alien. judic. mut. L. III. de R. 7. L. 1. pr. de privat. del. L. 33. de O. & A. Ratio est, quia heres in pœnam non succedit L. 32. de N. O. N. L. 22. C. de Pœn. Ex quibus ita posset arg. Nulla actio datur in heredem, nisi in quantum hic repræsentat defunctum. At in pœnalibus heres non repræsentat defunctum Bach. ad n. ult. parat. Wesenb. ne quis eum qui in Jus vocat. vi exim. E. Actiones Pœnales non dantur in heredes D. D. Hahn ad VVesenb. Parat. n. 4. de Privat. Dei. Suth. diff. 19. th. 19. seq.

§. 4. Admittit tamen Regula nostra duplicem Li- *Lim. hac* mitationem. I. Si ex delicto defuncti ad ejus heredes & suc- *Reg. I.* cessores quippiam pervenit, quo locupletiores facti: Ratio habetur in L. 5. de calumn. turpia enim lucra heredi- b⁹ extorquenda. L. 16. §. 2. quod met. caus. L. 17. §. 1. L. 26. de dol. mal. L. 38. de R. 7. L. 23. §. 8. de L. Aquil. II. Si delin- *II.* quens adhuc superstes ex maleficio illo fuerit conventus h. e. cum eo lis contestata: Tunc enim in heredes in solidum actiones transmittuntur. §. 1. de perpet. & temp. Act.

E B

L. 9.

L. 9. §. 3. *de Jurejur.* L. 24. *pr. de liberal. caus.* L. 26. L. 33.
L. 58. *de O. & A.* L. 86. L. 87. L. 139. *de R. J.* L. ult. *C. pra-*
script. 30. vel 40. ann. L. 1. §. 1. L. 3. *C. de annal. except.*

II. Regula

§. 5. II. Reg. Actiones ex contractu descendentes transeunt in heredem, & contra successorem Universalem dantur, in tantum, ut, etiam si post hereditas non reperiatur solvendo, ipse nihilom. obligetur L. 8. L. 38. *de acquir. hered.* §. 1. *de aut. tut.* §. 5. *de hered. qual.* postmodum enim relinquendæ hereditatis facultatem non habet. Quod tamen limitatur in casu, quo heres cum beneficio Inventarii hereditatem adiit. §. 6. *de hered. qual.* tunc enim ultra vires hereditarias non tenetur L. ult. §. 4. *C. de J. delib. verb. nihil ex sua substantia penitus amittant.* Sed si hoc ritè cōficere omiserit debitorib⁹ hereditariis in solidum tenetur, nec legis beneficio perfrui poterit, quam condemnendam esse censuit. *d. L. ult. §. 12. C. eod.*

Epilogus.

§. 6. Et sic, non quidem pro Dignitate materiæ, sed pro ingenii & judicii tenuitate Sectiones illas circa finem Proœmii propositas perlustravimus. Cum a. in nullis errare, omnibus horis æquè sapere, neque unquam ad dextram vel sinistram declinare Divinitatis potiùs quàm humanitatis sit; L. 2. *vers. si quid autem* 14. *C. de Jure vet. enucl.* Ideò faciliùs, ubi hallucinatus fuero, apud bonos omnes veniam impetraturum me confido: Ingenuè enim fateor, ampliorem esse & nobiliorem materiæ præsentis de HEREDIBUS tractationem, quàm quæ paucis hisce circumscribatur pagellis; neque etiam ingenii mei vires eò adspirare concedunt, ut eam omnibus (quod ajunt) numeris absolvam, Moneat

heat itaque & corrigat ille, cui non omnia ex Apollini
nis Tripode dicta videbuntur, est, quod obnixè rogo:
moniti meliora sequemur,

Interim
IMMORTALI DEO
IMMORTALES
ago GRATIAS.

PRÆSTANTISSIMO POLITIS-
SIMOQUE
DN. MARCO FAUTORI

J. U. Cult. Strenuo
De Hæredibus Publicè disputaturo,
FELICITER!

DEseris en Patriam MUSAS sectatus amicas;
Auguror: HÆREDEM Fama Decusq; manent:

*Benivolo adfectui testando
addebam.*

Joh. Ernestus Gerhardus
SS. Theol. D. & P. P.

Subveniunt meritò vigilantibus enthea Jura;
Sic favet, & meritò, nunc Tibi nostra Themis.

Hæc
Doctissimo Dn. FAUTORI
faventiæ ergò ad-
posuit

PRÆSES.

Heredes tractas, si pergis tramite cæpto
Heres perpetuæ laudis, amice, clues:

*Eximio Dn. Respondenti Mathematicum non
minus quàm Juris Utriusq; Cultori strenuo,
Amico suo dilecto de egregio hoc specimine
gratulatur*

Erhardus Weigelius M. Mathem.
Prof. P. Alumn. Inspector.



Sonnet

Was will der siete fleiß? Was will das lange
wachen
In spähte naecht hienein? Es raubet nur den Saffe
Das uns zum wachsen dient/ die Lebens-volle Krafft:
So frage das faule Volk!; daß sich nur zu verlachen
Den Ernstern stellet dar. Ihr tracht nach solchen sachen
Herr Sautor/werther freund / die voller wissenschaffe
Verachtend faule lust: Vor welcher Euch gewaffe
Die drey mal dreye Junffe. Jekt will die Themis machen
Daß sich Eier Tugentgeist bey der Sternen Chor
Erblicken lassen darff / und kommen hoch hervor.
Nu so fahrt dapffer fore: Euch will Themis gewehren
Wornach Ihr emsig tracht/und ungesparten fleiß
Mit Ehren tauschen auß: Es wirts ein ieder hören/
Daß Sautors fluger mund verdiene ruhm und preiß.

Theodosius Schöpffer.
J. U. Cult.

VOTIVA ADCLAMATIO

SIC fortes Fort Vna IVVat! sIC ItVr aDastra!
SIC qVe tVVs VIVaX VsqVe CorVsCat Honos!
Perge IglVr! neC te nVnC ImpaLLES Cere IVrI
PoenIteat: Constans GLorIa IVrIs erIs.

II.

Recht! ich lobe deine Sinnen
und beginnen/
Du beliebter Themis-Sohn!
Daß du dich nun auch lest hören
Heut mit ehren
Hier auff unsern Helicon.

Und weil du so klug beschreibest
Und erweistest/
Wer ein rechter Erbe sey;
Will die Themis solchem fleiße
Müh' und schweiß
Lob/ ihr Erbe/ legen bey:

Ja dein Ungern will dir schencken
ohn' bedencken
Förderung zum eigenthum/
Weil es dich nune sibt erwerben
Und ererben
Deines Edlen Vatters. Ruhm

Carolus Samuel Henning.

Rudolphopol. Thuringus

LL. Cultor.

Ecce!

ECCe! faves Patriæ, FAUTOR, permulta legendo,
Ut dulcis quondam Patriæ experiâre favorem.

Quale servitium, tale meritum!

Mikképen Istennek az ember szolgat részen,
Ikképen munkâ után az dicsősége leszen.

Az törvény tudományt kerestél igazságal,
Az bölcszést - is talaltál bátorságal.

Szorgalmatossan most tanúly, osztán országnak

Szolgály, szolgálhasson magadnak - is vilagnak

Mind időjében. Hogy ha készszülsz baba menni,

Nagy örömmel tudhadsz jó hasznat rüle venni!

Az mellyet kíványa

az ő jó akaró barátjának FAUTOR MARCUS Uramnak

Günther Andras

Késmarki való.

F I N I S



ULB Halle 3
004 573 668


f

sb.

VDA7







JURIDICUS

IBUS,

Q.
4

TE CLEMENTIA,
E PRINCIPE AC DOMINO
RDO SENIO

Julia, Clivia ac
huringia, Marchio-
rcâ & Ravenspurgk,
enstein &c.

ICENTISSIMO,
adensu
rum in Illustri Aca-
Ordinis,
DE

1656, 4

NO, CONSULTISSIMO,
FRIDERICO

P.P. celeberrimo,
e Prov. Facultatis Juri-
Gravissimo, Præceptore
atem devenerando,
mitandum

RONIO - PANNONIUS
sp.
Horis consvetis.
NUARII

M sa Lane
ORUS KÜCHENIUS

